



Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

3. De devotione substantiali & solida. Thema. Obtuelrunt mente promptissimâ atque devotâ primitias Domino. Exodi 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)

sevitatem sentiunt; ut scribit D.Hie-
lymus Epist. ad Lætam: Sic dies transcat, tempus, quod tantis operum varietatibus
sic nos inveniat laborantem; orationi ledio, occupatur.



EXHORTATIO III.

DE DEVOTIONE SUBSTANTIALI.

THEM A.

*Obtulerunt mente promptissimā atque devotā primitias
Domino. Exodi c. 35. 22.*

VEL:

*Devotioni quaerenda pro mensura gratiae Dei ipsis communi-
catae insistant. Reg. 21.*

Bestquam Patriarcha Jacob. Gen. Cap. 28. in somnis vidit admirabilem illam scalam à terra ad cælum pertingentem; Angeli quoque in ea ascendentes & descendentes, ac Deum ipsum summittati scalæ immixum: Lapidem illum, in quo dormierat, erexit in cælum, id est, erectum statuit, ut visionis & apparitionis sibi facta monumentum esset: Et fundens oleum desuper, in signum consecrationis, ita Abulensis: Res enim consecratæ oleo inunguntur. Hoc situ lapidem

Deo consecravit Jacob; sedemque postea tanquam altari consecrato usus est, in quo sacrificavir. Patriarchæ hujus exemplo Ecclesia altaria ac templæ sacrâ unctione Deo dicat & consecrat. Ita autem olei unctio, & quæ à Jacob, & quæ ab Ecclesia peragitur, veræ devotionis est symbolum, quâ sponte, placido & grato corde nos Deo devovemus & conlecramus; ejusque servitio nos, non coactè; sed magnâ animi promptitudine offerimus. Simili unctione, ut refert theodoreetus, solite sunt thecas martyrum pia mulieres, ad suam erga illos

Et

Et Daemon, tanquam Dei & Sanctorum simia, ut scribit S. Augustinus Lib. 16. de Civit. Cap. 38. hanc unctionem in sacris suis imitatus est, quando suis persuasit lapides Termino (falso deo, limitum cultodi) inungere & consecrare, in devotionis diabolicae signum. Oleum igitur devotionis est symbolum. Quæ duplex est, una vera, solida & essentialis à Theologis nuncupata; altera, prioris effectus & fructus, accidentalis dicta, & alio nomine, suavitatis & consolatio spiritualis appellata. De hac in exhortatione sequenti, de priore verò in præsenti agemus & ejusque terminos effectus, quod scilicet sanet, faciliter, roboret, ex olei proprietatibus declarabimus.

1.
Oleum
devotio
nis sanat.

I. Prima olei proprietas est, sanare, vulnera fovere, & mitigare dolores. Ut enim apud S. Lucam c. 10. legimus: ei, quem latrones, gravissimis plagiis impolitis, semi-vivum reliquerant, Samaritanus ille obligavit vulnera, oleum infundens & vinum. Vinum, ut vulnera constringeret, & saniem abstergeret: Oleum, ut partes vulneri vicinas leniret, foveret & roboraret. Quenam verò vulneratus ille & semi-vivus designat, nisi hominem quemvis, peccati originalis telo sauciatum, & inter ceteras plagas, peccati somite in voluntate perculsum, ex quo, teste Doctore Angelico 3. part. q. 27. art. 1. Languor & difficultas ad bonum, proritas & propensio ad malum nascitur: adeo ut homo Paralyticus instar, vix manus ad laborandum; vix pedes ad ambulandum, in via Domini, movere valeat: Huic autem gemino vulneri, gratia

divina auxilio, oleum vero devotionis medetur; quæ hominem, Deo se devotentem (nam inde devotio nominatur) ei tradit, atque obsequio suo mancipat, ad omne opus bonum, Deoque gratum, exereendum dispositum, ac propensionem in malum adim.

Devotio enim est fructus Spiritus Sancti, qui est Fons vivus, Ignis, Chanas, & spiritualis undio, ut in Hymno canis Ecclesia: id est, fons & origo devotionis, religionis, servoris & charitatis. Devotio est filia gratiae, nam quod quis promptam hanc voluntatem nactus sit, ex gratia procedit, & omne peccatum recedit. Devotio est fons bonorum operum, quia est generalis ad seu voluntas, quæ ad omne Deo gratum afficiuntur. Est actio & effectus virtutis Religionis: ejusdem enim virtutis quidam facere, & promptam habet id faciendi voluntatem: cum igitur cultus divinus, Deique obsequium religionis sit actus, sequitur etiam voluntatem divinis obsequiis prompti vacandi, ad religionis virtutem penitentia. Est etiam actus & effectus charitatis, si ex ejusdem motivo procedit. Si enim Deo placendi studio open devotionis exerceamus, ad virtutem caritatis spectare censemur. Qui enim aliquem amat, universas amici in amore prosequitur: filium eius, servum, equum, canem, cum omnia hæc in se amatarum cumulo continentur: haec pariter Deo efficaciter placere, ejusque in omnibus obsequio mancipari desiderans, omne quoque peccatum fugiens, omne, quod DEO gratum accedit, autem, præstare getit. Demus.

Dev.

Devotio, Authore Angelico 2. 2. q. 82.
att. i. Est voluntas quedam prompte se
rendendi ad eam, que pertinent ad Dei fama-
tum. Ad omnia igitur illa, devotio
inclinet, omnia illa tanquam effectus
causat, sive sint obsequia Dei exteriora,
sive interiora, quae in ejus cultum &
bonorem suscipimus. Qualia sunt,
jejunium, vigilia, genuflexio, corporis
cifigatio, multiplex virtutum affectio,
palmodia, sacrificium; imo & ipsa
mentalis oratio: quae & causa est
huius devotionis, quatenus promptam
illam voluntatem generat; & est
ipsorum effectus: quia prompta hec
voluntas jam genita; sicut ad alia
opera bona; ita & ad opus orationis
mentalibus impellit.

Ex quibus omnibus liquet hanc spiri-
talemunctionem, hoc devotionis oleum
bina illa anima & vulnera curare; dum
langorem & difficultatem ad bonum
excusat, & propensionem ad malum,
per contrariam in bonum proclivitatem
minuit acque eliminat. Quare in hac
devotione, Charissimi, in dies conemur
clementer, nosque perficere; ut quidquid
ad Dei cultum & obsequium conductus,
non solum obeamus; sed & prompte,
alacriterque aggrediamur: *Hilarem enim
litteram*, promptum & alacrem,
dicit Dominus. 2. Corinth. 9. 7.

II. Altera olei proprietas est, facili-
tate, & promptitudinem, alacritate
tamenque ad operandum inducere:
quemadmodum oleum horologiorum
horae, difficiliter & gravare incidentes,
& tardie mobiles, expeditas, facilisque
ad currendum reddit. Corium similiter,
alias durum ac intractabile, molle &

flexile efficit; atque in omnes usus,
ac formas coaptat: ita verae devotionis
oleum voluntates hominum, alias duras
lenit, mixitat, promptas, alacres, &
ad omne Dei obsequium expeditas
reddit; licet caro fragilis obmurmure
sensus contradicat; & homo inferior
difficultatem experiat. Cum enim
devotio omnia hujusmodi obsequia,
tanquam media ad venerandum deum,
cui summè placere desiderat, unice
respiciat, ardua & amara, ut facili &
dulcia amplectitur; cunctaque difficultatum
obstacula fortiter persumat;
molestiam minuit; laborem alleviat &
dulcorat amarorem; jugumque domini
suave, & onus leve reddit.

Quod spectat illud Isaiae Cap. 10.
Computaret jugum a facie olei; id est,
in praesentia olei: quemadmodum enim
boum equorumque juga arida, oleo
uncta lente scere, molle scere, dissolvi,
ac tandem putrefacte confusiverunt:
Et sicut, ad Literam, opis & misericor-
diae divinae praesentiæ, jugum Regis
Sennacherib, quo Iudeos vexavit,
tributisque oneravit, per Regem
Ezechiam victorem computaret ac
dissolvetur: ita tropologicè & moraliter
oleo divinae gratiae & unctionis Spiritus
Sancti, & verae devotionis, quidquid
alias jugi instar gravat, quidquid
oneris instar premit; facili negotio
supportatur ac superatur. Experti id,
testis S. Gregorio L. 19. Moral. c. 12. & 13.
Apostoli & Discipuli Domini qui in die
Pentecostes, Spiritus sancti oleo delubatis
& pietatis, devotionis, religionis & cari-
tatis spiritu repleti, omnia ardua & dura
velut festucas dirupere; ad contumelias

F ff & igno-

410

& ignominias risere; carceres, vincula, cruces, rotas, ignes, mortes, & sortas ac delicias reputavere. Oleo enim, inquit I.c. Gregorius, Spiritus sancti unctio designatur, de qua dicitur: computrescat jugum à facie olei: jugum enim à facie olei computrescit; quia dum Spiritus sancti gratia ungimur, à captivitate nostra servitute liberamur.

Vera hæc devotione, ejusque energia ac efficacia præclarè eluxit in filiis Israël, Exodi cap. 35. 21. Cùm enim Moyses Dei iussu templum exornatus, & ei de necessariis prospecturus, decimas, aliaque necessaria exigisset. Mox Israelites obtulerunt mente promptissimè, atque devotè, primitas Domino, ad extriendum tabernaculum, & ad ejusdem cultum, vestesque sacras requisiuta. Nam Principes obtulerunt manu liberali gemmas, & lapides pretiosos, ad consiencium rationale. Viri ac mulieres donavere aurum, argentum, purpuram, byssum, annulos & armillas ad ornatum sacerdotalem: Verbo ut Sacer textus inuit: Viri & mulieres mente devotè obtulerunt donaria, & cuncti: Filii Israël voluntaria Domino dedicaverunt. I. c. Atque hæc vera fuit devotione: omnia scilicet, ad cultum & obsequium Dei, promptè, alacriterque exhibere.

Pari devotione refusil inlytus Rex David, ideoque Psalmus 58. 8. edidit: Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, quoniam bonum est. Quid est voluntariè sacrificabo t' promptè delectabiliter, devotè. Voluntate promptâ sacrificium obtulit; aliud non intendens, quām Deo placere. In quem locum D. Augustinus: Laudatur (Deus) voluntate; ametur charitatem, gratutum sit, & quod amat, & quod laudatur. Quid est gratutum? Ipse propter se, non propter altius. Confitebor nomini tuo, non propter aurum & argenteum, non propter divitias, honores, dignitatem, que mihi dones, & sed quoniam bonum. Nihil melius invenio, quam novitum, quam te Domine.

Itaque facilitat devotionis unctio, jugum alias grave, leve ac suave efficit. An non idem vos experiens?

Charissimi, quando jugum Damnum mundi, carnis, peccati & conuictus prava, quos in seculo vos pressus

gravavit, non longo post tempore, computruisse, & ablatum esse facilius?

Unde autem istud? Utique facie olei; per gratiam Spiritus Sancti qui oleo devotionis vos unxit, difficultatem & languorem ad operibus,

ad charitatis, humilitatis & obedientiae exercitia sustulit; immo faciliter &

jucunditate mira dulcescavit; & pugnare Christi, quod ancè grave effere debatur, leve reddidit? Quomodo enim est grave, cum sit dilectionis mandatum?

Ait Sanctus Augustinus L. de natura & gratia, cap. 69. aut enim quisque non

dilegit; & ideo grave est; aut diligit, & grave esse non potest. Semita peccata dura sunt timori, leves amori. Unde non

est, ibi labor non est, ait Sanctus Bernardus. Ergo ut non laboremus,

amemus; & obsequio DEI per

devotionem veram, nos totos contemnemus.

III. Tertia olei proprietas est, conseruare, roborare, vegetare, corporisque ad luctam & certamen habile reddere. Unde Athletæ olim, luctaturi, oleo se inungebant, ut nervi & caro mollesceret. Devotio non tantum ad opera pietatis, & cultus divini communia; verum etiam ad ardua promptos, paratōes reddit: cum enim servi Dei, Christianū sequentes, & eidem se penitus devoventes, crucem post Christum portare debeat, ardua quoque ac difficilia, superanda occurunt; ad que perfingenda, vera devotio roborat. Quod admirabilis modo Christus redemptor nobis exprimere in se, & luculentum exemplo nobis ob oculos ponere voluit; tam in initio, quam fine mortalitatis sue; ut quā nos in initio & fine religiosæ conversationis nostræ, devotione esse oporteat, edoceret. De principio vero huc sic inquit: *Sacrificium & oblationem nolussem, antea autem perfecisti mihi.* Psal. 39. Vel ut seputuginta vertunt, *corpus autem adaptasti mihi.* Tunc dixi tu sermo; in mundum; ut faciem voluntatem tuam, quam perfectissime & promptissime, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordu mei. Hanc volui, id est, summe ardenterque dilexi, & in meo pectoriorum meorum abscondi; atque in medio ventris mei gustavi, ut immotetcat, quia meus cibus es, ut famam voluntatem Patris mei: Etiam in maxime arduis ac difficillimis: in contemptu nimis & dolere, in passione ac morte. Et hoc quidem in vita exordio: at quid in fine? Qui orationem in botto Getsemani conclusit? Veruntamen, ait, non sicut ego vole, sed sicut tu. In quæ verba Venerabilis Beda, scribit: *Non inquam siat hoc, quod humano affectu loquor: Transeat à me Calix iste: Sed id, ob quod in terras tuas voluntate descendit.* Ut scilicet calicem passionis à te preparatum, ad fundum usque exhaustum.

Salvatorem nostrum in hoc devotio- nis heroice exercitio imitati sunt Apo- stoli, ut supra insinuavimus, insecuri sunt alii viri Apostolici. Ex innumeris unus sufficiat Venerabilis P. Martinus Stre- donius, è Societate nostra, opinione san- & monia, & vaticinio de Domus Au- striacæ exaltatione illustris: qui hoc de- votionis Spiritu plenus, ad ardua quæ- que se Deo fittebat: *Ecce venio, aiebas, ut faciam voluntatem tuam.* Sive me ite jubes ad lucem, sive ad tenebras; sive ad quietem, sive ad labores; sive ad solitaria, sive ad acerbitates; sive ad vi- tam, sive ad mortem; sive per aquam, sive per ignem; sive per infamiam, sive per bonam famam: *Deus meus volui,* & legem tuam in medio cordis mei ita defixi, ut non nisi juxta eam, quies & moritus & omnia mea dispensentur.

Quæ cùm ita sint, Charissimi, ut Sancti Parentis nostri iussione pareamus, & pro mensura gratiæ Dei, nobis communicata, devotioni querendæ in- sistamus: hic sit conatus noster, hoc de- siderium, ut in omnibus voluntati Dei conformemur, et que quæ promptissime servire aveamus. Sitque formula vi- ta nostræ, illud Davidis: *Anima mea illi vivet, & semen meum serviet illi.* Psalm. 21. 30. Id est, opera mea illi perfectè servient: quod ut præstems, Spiritum Sanctum, qui est fons vivus gratiæ, ignu consumens, charitatem servens, & Spiritua-

Fff 2. 18

lis Undie, indefinenter imploremus, ut
oleo veræ devotionis nos perungat,
Hæc ejus uncio vulnera nostra sanabit;
dum languorem ad bonum, ac pronitatem
ad malum corrigit: deinde in starum
olei olivarum facilitatem operandi,
alacritatemque in omnibus ad Dei
obsequium spectantibus exemplo Fi-

liorum Israël ac Vatis Coronati concer-
det. Denique juxta Christi Domini vi-
rorumque plurimorum apostolicorum
prototypon, ad ardua proimpè aggra-
dienda confortabit; & non modo de-
votionem, sed etiam religionis & chari-
tatis virtutem, magnis incrementis
amplificabit.



EXHORTATIO IV.

DE DEVOTI ONE ACCIDENTALI SEU SENSIBILI.

T H E M A.

Unxit te Deus, Deus tuus, oleo letitia.
Psalm, 44.

Vel ex Regula.



Uemadmodum
Reges, & Princi-
pes hujus æculi
subditos, & mili-
ties in letitia, at-
que alacritate si-
bi servire: &
parentes filios in
hilaritate, & jucunditate degere cu-
piunt; ita pariter, & multò magis
Deus Princeps noster benignissimus, &

Pater amantissimus famulos, &
lios suos latos & alacres esse deli-
rat. Hoc autem inter cetera per-
devotionem accidentalem, seu furi-
tem, ac consolationes spirituales effi-
cit; quæ devotionem veram, ac soli-
dam, nulloque modo ab aliqua dulci-
dine dependentem, consequitur; & tri-
veræ, & substantialis devotionis obli-
cula, ac impedimenta aut tollit, aut ful-
tem minuit. Primum Impedimentum

vix